Epistola 7. IOHANNES HERINGIUS [IOH]ANNI COCCEJO. 21

Sal. pl.

Molestus nuper fui, Vir doctissime, in transmitten-
dis duabus pagellis cum schedula aperta: sed
feci id pro iure, quod inter eruditos esse solet
paullulum liberiore. Condonabis itaque hunc labo-
rem, qui provenit ab amore, quem erga te
et tui similes gero. Maximum quoque pondus
addidit sacra lingua, quam admirari potius
quam despicere licet, inprimis homini, cuius
professio [illegible] non est. Eo fine transmitto
orationem Schwenteri, quam Altorphi
quondam de Talmude Judaeorum habuit,
Lipsiamque ad me misit jamdudum.
Reperi eam hodie inter chartas et eo
gratior mihi redijt, quanto magis
viri ipsius eruditio in linguis orientalibus
mihi perspecta fuit: ita ut non detrecta-
verim, ipsum in lingua hebraica et ma-
thematico studio habere praeceptorem.
Sin et ad usum tuum tuorumque fuerit,
perlege et postea cum pagellis meis
remitte, dixique vale, ut cum tuis omnibus
bono. Dabam ex musaeo 4. Octob. N. 1630.

T. omni officio

Joh. Heringius.

Viro doctiss[im]o
et praestantiss[im]o
Dn. Johanni
Coccejo
tradatur

Νότη.
ἀναβαίνομεν Γαλιλαίας
cap. 2: ψς. mih. 57. & 7:35.
μετὰ Ἀνοχάδα Χρίστω de
Nicodemo. cap. 3. ψ/ 21.